



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

Domus probationis Societatis possunt habere redditus. Pius IV. 19. Augusti, 1561. confirmavit pag. 27. & Gregorius XIII. in sua Constitutione VIII. Kal. Julii. 1584. pag. 75.



DONATIONES.



Trum donationes piæ commutari possint, ex uno usu in alium, vide verbo *Communatio*. §. 3. & alia circa donationes, vide verbo *Bona*. §. 1. 4. & 6.



DUBIA.

Vide quæ dicuntur suprà verbo *Claratio*.



ECCLESIA.

§. I.

Facultas benedicendi, & consecrandi Ecclesias, & Cœmeteria.



Ossunt Nostri facere benedicendi aut consecrari Ecclesias Societatis cum Cœmeteriis, & primum lapidem poni per quoscumque Episcopos, si Diœcesani ultra

tra quatuor menses id facere distulerint. Paulus III. pag. 15. Idem quoad altaria consecranda concessit Honorius Minoribus, ut in eorum Mon. fol. 101. concess. 212.

§. 2.

Facultas, & qualis, reconciliandi Ecclesias.

Possunt omnes Præpositi, ac Rectores, etiam aquâ per eos benedictâ, præsertim in locis remotis, ubi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas adire non possunt, liberè & licitè reconciliare Nostras Ecclesias, Cœmeteria, & Oratoria, & eorum quodlibet, sanguinis seu seminis effusione, seu alias quomodolibet pollutas, seu polluta, quories opus fuerit. Concessit LEO X. præfatis Minoribus, ut habeatur in eorum Suppl. fol. 16. pag. 2. & refertur in eorumdem Compend. verbo *Benedicere.* §. 14.

Hac facultas omnibus Superioribus communicatur.

§. 3.

Facultas corpora exhumandi.

Possunt omnes Præpositi ac Rectores, in suis Ecclesiis & Capellis exhumare corpora defunctorum, & ad alias sepulturas in eisdem Ecclesiis suis transferre de consensu illorum, quorum interest. Concessit

llerint.
altaria
Mino-
i. con-

ndi

Stores,
e sertim
aquiam
re non
re No-
atoria,
seminis
ollutas,

Con-
it habe-
ag. 2. &
verbo

us com-

di.
e ctores,
are cor-
pulturas
de com-
· Con-
cessi-

cessit LEO X. Minoribus, ut in eorum Supplemen. fol. 58. pag. 2. concess. 162. ad juncto fol. 60. pag. primâ ante finem.

Hujus facultatis usus sit privatus tantum, non solemnis vel publicus.

§. 4.

Facultas transferendi, & mutandi Ecclesias.

Adveniente casu necessitatis, possunt Ecclesiæ Nostræ transferri & mutari de uno loco ad alium; & locus prioris Ecclesiæ reduci ad usus humanos secundum commoditatem dictorum locorum, & Collegiorum, seu Domorum; modò tamen materia ædificiorum ponatur in Ecclesia alia. Concessit LEO X. Vivæ vocis orac. Minor. ut habetur in eorum Supplem. fol. 92. pag. 2. concess. 277.

Hæc facultas communicatur omnibus Provincialibus: eâ tamen non utantur, nisi raro, & erectâ cruce.

§. 5.

Nostras Ecclesias aut loca infringentes, excommunicantur ipso facto.

Qui ausu temerario præsumserint Ecclesias, aut loca Nostra infringere, aut in illis violentiam damnabilem exercere, ipso facto incurruunt excommunicationem, à qua absolvî nequeunt, nisi per Sedem Apostolicam, vel per Conservatores ab

E eadem